

1797 Avril

Il faut lui adresser les lettres chez son trésorier le citoyen Raynal, place Puy-Paulin,

LA SOCIÉTÉ PHILANTROPIQUE  
DE SANTÉ,  
SÉANTE AUX CIDEVANT DOMINICAINS,

1430  
AU CITOYEN Ad Academiam Regiam Medicam  
Matritensem  
Bordeaux, le 28 germinal an 5e de la République.  
17<sup>è</sup> aprilis 1797.

Bellicis calamitatibus succedant pacis & Scientiarum beneficia, amicae humanitatis relationes; fiant ista quotidiana & reciproca utilitati semper jucundiores. hoc votum<sup>est</sup> Medicorum, chirurgorum & pharmacoporum hujus urbis; ad hunc scopum tendunt omnes illorum conatus, assidui labores, morbis preveniendis curandis aut mitigandis indesinenter intenti. quantumcumque commoda surrexerint ex illorum unione benevola, in gratiam fortis humane & artis medicae promovenda; non tamen in eorum animis satis est audaciae confidentia, ut auxilium et consilium externis ~~opere~~ adjuvari, edoceri, negligant: neque opinantur certis terrae limitibus constringi debere salutarem benevolentiam quae in arte hucusque obscura dirigit, & lumen affert. auxilium ergo consiliorum, & questionum solutiones amice petimus, amice offerimus; nec mora interiore protracti, questionum chirurgicarum sequentia solvendarum observationibus proponimus; collecta aliunde facta promittentes.

Quibus nam observationibus probatur musculos a sua sede aberrare vel luxari, sine partim hoc fiat, sine totaliter?

Quibus nam causis in errorem induci possunt observatores de his accidentibus meditatores?

harum solutionum momentum & necessitatem exhibuerunt successus infelices chirurgorum dolores post violentas musculorum contractiones ex toto tractantium solitis emollientibus & sedantibus, nec non levationes dolorum parata contractationibus lenibus & solerti manu applicatis. nos non fugit explanationes valde probabiles evolutas fuisse.

quibusdam magna autoritatis viris, imprimis a Cel. porticu Lugdunensi, sed has &  
minus adhuc probatas & numero pauciores involutam proinus questionem in medio relinquere  
nobis acquiescendum est; unde & multi Luxationem musculorum negant posse fieri; multi sine illa  
explicare ~~per~~ symptomata supradicta, non penes ingenium humanum esse, sibi persuadeant.

Notis ergo consiliis, & amicorum, vestra consilia addite, viri clarissimi; hoc beneficio  
signetur relationum principium, quas mutuis commodis jucundam & utilem reddere nobis  
est animus. Sic fiat bonorum & doctorum unio ad promovendam scientiam & levandas  
humanae sortis miseriae.

Accipite, Viri clarissimi, nostras amicas salutationes & Valet

pro societate philantropica medicâ

Capelle secretarius

secretarius supra scriptus cum voluptate recordatur sibi olim cognitum fuisse apud peritios  
D. fernandez medicum quem amicitia prosequabatur, annis 1782, 83, 84, sicut & D. Luzziaga  
ut eodem vinculis devinctus erat; Late comperiret ambo felices vivere & alterum esse ambobus  
esse secretarium cui haec epistola mandabitur

has  
quere  
sine illa  
deant.  
nificio  
nobis  
udas

paritio  
curiaga  
mbobus

Handwritten scribbles and symbols, including a large 'o' and a '3'.

NONDUM

Enyaga & co  
29 ab. 297.

PARIS.

32  
BORDEAUX

150

D. Gregorio-Garcia-fernandez  
secretario academia regia medica

MADRID

8116

M  
A. 125

